



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 15. De mortificando visu, in spectandis ludis, tripudijs, & alijs rebus
vanis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

DE MORTIF. VOLVNT 421

quantur cogitationes suas, & oculos per
res varias fornicantes Ac in Ecclesia Eccl. 28.
sico commendat custodiam aurium
& linguæ, dicens. Sepi aures tuas spi-
ritu, & linguam nequam nobis audire,
& ori tua facito ostia, & seras auribus
tuis. His similibusque sententijs incul-
cat Deus nobis in lege sua mortifica-
tionem sensuum. Ut verò practicè me-
lius eam exerceamus, de cuiusque sen-
sus inordinatione, mortificationeque
porro differemus.

CAPVT XV.

De mortificando visu, maximè in
spectandis ludis, tripudijs, &
alijs rebus ad malum
prouocanti-
bus.

NATVRA nostra per peccatū vitia-
ta in omnibus rebus suā aucu-
patur voluptatem per ministe-
rium sensuum, maximè autem ocu-
lorū, tū quia prōptius illis obiecta spe-
ctabilia se offerunt, tū quia minore la-
bore atque infamia vsurpātur. Si in spe-
ctandis reb⁹ nō aliud queritur quā ocu-
lorū pascus, noxa nō caret animus. Ob
lectationis, inquit B. Basilius, appe-
ti-
ti-
ti-

Lib. de virginitate.

422 II. PARS TRACTATUS.

titus è carne velut ex fonte manat, & per omnes sensus, tanquam per quodamque flumina diffunditur, oculis videtur, velut manibus incorporeis omnia quæ vult attingit, etiam ea quæ corporeis manibus non tractantur; nã cõspectis eorum figuris & formis, cõdi mox eorum speciem infigit, & corpus ad voluptatem inflammat, atque ita omnes sensus actiones suas dirigat ad eandem voluptatem, tanquam ad suam reginam, contaminantes animam, & carnalibus desiderijs obnoxiam facientes. Vnde cõcludit sanctus ille doctor, seruum Dei, qui vera virtuti operam dare contentus, debet in vigilare sedulo custodiendis sensuum fenestris, ne liberè nimium vagetur animamque in vitiorum voraginem precipitem agant. Ac sigillatim, oculos non debere conuerti quodcumque collibuerit, sed eò tantum quò necessitas aut utilitas spiritualis impellet. sic enim animus semper inquit, pronus erit ad contemplandam rerum spiritualium pulchritudinem. Quoratio S. Basilius non obscure insinuat, quæ sit inordinatio in aspectu quod-

DE MORTIF. VOLVNT. 423

quodque eius remedium. Sed iam magis particularia subiiciamus.

Ex hoc inordinato appetitu captandi voluptatem ex vago oculorum in quasuis res cōiectu, nascitur cura desideriumque cernendi spectacula iucunda, vt ludos, saltus, laruas, comœdias, taurorum certamina, & alia id genus vana & noxia exercitia. Hoc desiderium etiam atque etiam coercendum est, nam vt in huiusmodi spectaculis, nihil nisi sensuum oblectamentum queritur, & proliuis eorum occasione vitia lapsus est, magnū animæ conciliant damnum, deducendo eam à rerum diuinarum consideratione, & multis inanibus cogitationibus superbigiæ, gulæ, odij, inuidiæ, libidinis, detractionum, eam complendo; à multis quoque operibus bonis abstrahendo, & tempus pretiosum perperam consumendo. Ac esto, nullum aliud incommodum inde sequatur, quàm quod sua præsentia approbare videantur huiusmodi nugas, id magnum satis incommodum videri debet. Vade ait S. CYPRIANVS. Etsi spectacula, non sint similia gentilitijs, quæ in hono-

Lib. de.

spectac.

hono-

honorem falforum Deorum inflim-
batur, tamen à Christianis esse vitia-
Cum enim natura hominis corrupta
per se ad malum prona fit, quid facit
si oculis obijciantur quæ ad malum
prouocent? qui per se ad lapsum pro-
uis est, quantum potius labetur in

Psalm. 119.

tantas occasiones? Et S. Augustinus
inter peccata, & occasiones eorum nu-
merat spectaculorum frequentationem.

Nec Sæcti solū, verū etiam gentiliū
sapientum nonnulli agnouerunt, quia

Raph. Volat.

terr. l. 29.

ta bonorum motū iactura sit in ab-
ctu rerum vanarum & futillum. Ro-
mæ, cum Cornelius Nalica theatrum

ad exercendos ludos excitasset, Specta-
tores improbârunt, & eueriti mande-
runt, existimantes res vanissimas in-
dignas esse perpetuo ædificio. Id factum

Volat. ibid.

est, cum morum apud Romæ
nos inuolata constaret integritas: ut
postquã violari ea cæpit, multa amplius
theatra exstructa sunt. De Catone ce-
tè apud Ethnicos quondam pruden-
tissimo legimus eum detestatum esse
uisse theatra, nec vnquã voluisse ludos
interesse, arbitrabatur enim homines
prudenti indignum esse, præsentia
sua lu-
ro quo-
nis & c.
re vili-
actione
sorio d
Quæ-
nes, quæ
verbo
tedden-
candi o
nibus c
tiores,
das, cau-
cula, in
iactura
rana &
ueria, v
Nã vt q
ritant a
qua sur-
E. Paul
res colli-
cipiunt
animar
losiact
Accidi
scemio

sua ludicra spectacula approbare. Cice-
ro quoque testatur in persona Scipio-
nis Romanos iudicij laude claros pro-
re vili & abiecta habuisse Comœdiarū
actiones, ipsosque actores decreto Cen-
sorio declaratos infames.

Quanto magis Christiani homi-
nes, quos Christus monuit, de omni
verbo otioso aliquandō in die iudicij
reddendam rationem, ac omnes pec-
candi occasiones, etiamsi oculis, ma-
nibusque & pedibus nobis essent ca-
tiores, summa vigilantia abscinden-
das, cauere debent huiusmodi specta-
cula, in quibus & multi temporis fit
iactura, & plurima oculis vsurpantur
vana & lasciuia, bonisq; moribus ad-
uerſa, vt quotidiana docet experiētia.

Nā vt quidā Poëta loquitur. *Segnius ir-
ritant animum dimissa per aures, Quā
qua sunt oculis subiecta fidelibus* Et cū
B. Paulus dicat, corrūpere bonos mo-
res colloquia praua, quæ auditu per-
cipiuntur; quantō magis inquinabūt
animam fæda spectacula quæ in ocu-
los accurrunt?

Accidit ali^o horū tēporū abus^o, quod
fœminæ quoq; ad Comœdias ad-
hi.

Matth. 12.

Matth. 5.

*Horat. de
arte poët.*

1. Cor. 15.

*Eccl. 9.
Prov. 5.*

hibeantur, Scriptura sacra non solum
monet mulieris speciosae conspectum
occidere corda multorum, sermone
eius placidos esse instar ignis ad faciem
tatem omnem inflammantis, non
sima autem illius esse amara quasi as-
synthium, & acuta quasi gladium
capitem, hoc est, qui animam parat
morte culpae & poenae aeternae. Unde

*Aug. de
singul.
cleris.*

scribit S. Augustinus, Basilici affinis
tolerabiliorem esse cantu foeminae
eò quod Basiliscus suo aspectu corporis
catus verò lasciviae foeminae animam
rimat. à si accedat gestus & motus cor-
poris nil aliud spirans quàm levitatem
& turpitudinem, quid fiet in imbecilli-
bus mentibus auditorum? id mirum

Jud. 16.

rum, quod evenit Holopherni con-
cipienti oculos in Iudith, ut à pulchritu-
dine, sicut loquitur Scriptura, captivus

1. Cor. 12.

facta sit eius anima, morteque temporali
et aeterna percussus. Non permittit
Apostolus Paulus mulieri quatenus
tamvis sapientia magna praedice sub-
structionem publicè alios docendi: cum
sermo eius provocet auditorem ad
morem parum honestum. Quod si

DE MORTIF. VOLVNT. 407

rum est, quid efficiet mulier compe
vestita, & in publico theatro verbis sa
ctis; gerens personam leuem & inde
coram? non dubium, quin demon per
eam, tanquam per aptissimum suorū
maleficiorum instrumentum pluri
mum mali perfecturus sit, vt quodia
nis constat exemplis.

CAETERVM hic animaduertendū
est, etiam si laudabile sit quēdam reli
giosa dramata, à quibus omnes leues
narrationes actōe ue absunt, spectā
da proponere. tamen si ab eiusmodi
actoribus exhibeantur, qui alioquin
vana & lasciuia miscere consueuerunt,
non conuenire illa à Dei seruis frequē
tari. Hoc enim satanę artificium est,
comēdijs pia quēdam & sancti insere
re, vt hoc pretextu etiam pij & religio
si homines ad eas audiendas allician
tur. Neque idonea excusatio est eorū,
qui promiscuē omnibus interesse vo
lunt spectaculis, quod Principes & Ma
gistratus illa permittant: multa enim
mala licitè ab illis permitti queunt, vt
caueantur deteriora, vel certè permit
tuntur, quia non satis exploratum ha
bent, quanta mala inde cōsequantur.

que

quæ si perinde scirent, ac cognoscere
multi qui in conscientia foro quorundam
die versantur, proculdubio non facile
permissuri essent.

*C. Rhodi
gin. l. s. c. 3.
Alex. ab
Alex. l. 2. c.
25.*

SED & choreas ac saltationes multas
gentilium sapientioribus tanquam
rem vanam & inutilem condemnarunt
runt. ut PLATO, qui à Rege Siculo, qui
fortè inuiserat, ad choreas cum alijs
duendas inuitatus, respondit, mulierum
id esse, non virorum. Et Imperatores
Tiberius ac Domitianus, licet
veræ fidei expertes, illas lege veteri
asserentes, hominibus honestis esse
dignas. Idem ratio naturalis dicitur
multò magis Christi religio, quæ
quæ tantam exigit ab homine fidei
modestiam, honestatem, vanitatum
que & leuitatum despicientiam, recu-
terno habitu & gestu corporis ad glo-
rificandum Patrem caelestem provocari
reteneatur. Vnde Psalmista. *B. inquit
vir, cuius est nomen Domini spes eius
& non respexit in vanitates. Et in-
uicias falsas.*

Psal. 39.

ALIA inordinatio visus nostri est
facile oculos conijcere in res spectatas
iucundissimas, non quòd necessitas ver-
vix

DE MORTIF. VOLVNT. 429

vilitas aliqua id postulet, sed quia sola voluptas inuitet, quod vitiū notavit alicubi B. BASILIUS. Quod tūc maxime mortificandum est, quando ex earum rerū aspectu oriuntur prauę cogitationes, vt sit ex aspectu venustarū mulierū, aut nudarū iconū. Vnde magna exaggeratione idē auctor monet, nō esse cohibendos modō oculos à feminarum, sed etiam speciosorū adolescentū intuiti: rationemq; huius monitiū dicit hanc. nempe quod experientia quotidiana cōstet multa hactenus mala in mūdo exvago & libero in quosuis oculorū coniectu esse secuta; atq; callidā humani generis hostē hoc medio quā plurimos in fraudē induxisse, ac in tartareas flammās præcipitasse; nec eos solū, qui vltro flagitijs, & mūdi huius illecebris immerſi erāt, sed etiam optimos, qui lōge à vitiorū castris recesserāt. Vnde cōcludit seruo dei nō debere intercedere cōsuetudinē cū talibus personis agendi, & si quādo iustis de causis subterfugere nequeat, oculos nō in illos, sed in terrā defigēdos. Quę doctrina sic prorsus rationi cōsēns est, vt etiā Ethnicī iudicārint idē faci-

*lib. de vera
virgin.*

*Serm. de
abdicat.*

Lib. 4. c. 3.

faciendū homini pudico & casto. Valerius siquidē Maximus, Pericles, inquit Atheniensium princeps, cum scriptoribus arum. Scriptorem in Pratura cellam haberet: ac is publico officio unā dicitur eius pueri ingenui prae tereuntis formam imperatoribus verbis laudasset, ut perantiam eius increpitans dixit, utris non solum manus à pecunie, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentis esse debere. Hanc doctrinam ab Ethnicis agnitam, sed non seruati sancti Dei in Ecclesia Christi, gratia uina adiuti, & agnouerunt & seruauerunt.

Guido Carthusius in eius vita.

B. HVGGO Episcopus Gratianopolitanus, licet esset castissimus, & ab omnibus tentationibus carnis ita immunitus, ut sensu omni videretur delectatus, tamē quoties iā existēs episcopus vel in Cōfessione, vel extra illā necesse habuit alloqui scēminas, nunquam per totos quinquaginta annos oculos in earum vultum coniecit: asserens id necessariō faciendum, si meminerimus ab impuris cogitationibus beram conseruari.

Surius in Martio.

S. THOMAS quoque Aquinas quodam

DE MORTIF. VOLVNT. 431
tumuis dono castitatis diuinitus or-
natus, nec tentationibus vllis obnoxius,
& cui angeli sponponderant nunquam
eum castitatis iacturam facturum,
tamen summum studium adhibuit,
ne in mulieres, aliasue res noxias
oculos conijceret: nec secus quam ser-
pentes & scorpiones eas declinabat.
S. FRANCISCVS, qui continentiam or-
dinatione carnis profus edomue-
rit, tam sedulus fuit in cavendis collo-
quijs non necessarijs cum muliebri
sexu, & refrenando earum aspectu, ut
ne vnus quidem ex vultu notitiã ha-
beret ipseque omnes commonefacere
solus erat, nisi cura & vigilantia illa
ab omnibus vsurpetur, fieri nõ posse,
quin detrimentum aliquod ab earum
conuersatione capiatur, sicut ignem
nemo ingredi possit, quin combura-
tur. Atque hoc studium omnium
sanctorum commune fuit, à noxijs
rebus oculos auertere, probed enim nõ
tant, quàm ingens damnum incurre-
rent, quotquot iacturam facerent the-
sauri gratiæ & castitatis, dein quantæ
fraudes, doli & stratagemata in hoc
genera à dæmone fingerentur, quan-
tæ.

V

taque hominis in tentationibus
 nis superandis imbecillitas & fragi-
 tas. cōtra verò, quàm insigne pro-
 à castitate nobis esset ad omnia
 virtutes conferuandas & retinendas

CAPVT XVI.

*De Mortificando affectu videndi
 rerum curiosarum, ac imaginum
 inutilium, aliarumq;
 rerum simili-
 lum.*

VERÆ virtutis studioso
 est mortificare videndi
 tem in contuendis rebus
 periculo amittendæ gratiæ diuini
 iunctis, vt sunt, de quibus haec
 gimus, sed etiam in alijs, in quibus
 ignorantiam vel negligentiam
 leuior lapsus est, vt hoc amplius
 tutibus proficiamus, & meritum
 augeamus in calis. Nam limitibus
 data visionis transgredimur, si
 rationis solius causa spectare vel
 magnifica & præclara ædificia,
 vasa aurea & argentea, hortos, ar-
 tes, imò si videre optemus